



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE VERBO DEI|| scripto & non scripto,|| QVATVOR LIBRIS|| EXPLICATA.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>


Ingolstadii, 1599

VD16 B 1607

Cap. I. Sítne Scriptura verbum Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53828)

i



DE VERBO DEI

LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

Sitne Scriptura Verbum Dei.

INSTITVENTI MIHI DE LIBRIS SACRIS disputare, primò se offert illa Quæstio: Sitne Scriptura Prophetica & Apostolica vt verbum Dei recipienda? An id solùm pro verbo Dei habendum sit, quod Spiritus sanctus priuatim vnicuique in corde loquitur? Quam quæstionem indignam alioqui quæ tractetur apud Theologos Christianos, peperit nobis hoc tempore partim Suenckfeldij & Libertinorum deliratio, partim improbitas & impudentia Lutheranorum. Gaspar Suenckfeldius (vt Fridericus Staphilus, in lib. de concordia discipulorum Lutheri, & Petrus Palladius in libro de hæresibus huius temporis testantur) verbum scriptum tanquam literam occidentem respuit, soloque spiritu interno contentos nos esse iubet. De Libertinis, qui auctoribus Copino & Quintino exorti sunt, in hunc modum scribit Ioannes Calvinus in instructione aduersus Libertinos, capite 9. *Iam, inquit, diximus istos in initio aperte ridere solitos, si quis Scripturas allegaret: Nec dissimulasse, quin eas pro fabulis haberent. Interim tamen non desinebant iis & t. si quis esset locus, quem in sensum suum torquere possent. Non quod ei adhiberent fidem, sed tantum & t. perturbarent Idiotas, atque ita concuterent, & tandem eos ad se possent facilius adducere. Si quis locus ipsis obiceretur: respondebant, nos litera minime obnoxios esse: sed spiritum, qui viuificat, sequi oportere. Quin etiam Porcus ille Quintinus, & numquemque Apostolorum aliquo scommate nos auerat, & eluti Picardico*

*Cass. Suenckfeldius
vbi scripta est
litera occidentem
Libertini vident.*

Quintus & Iuanes
pro apostol.

suo sermone Paulum Vocans & as fractum: Ioannem, iuuenem
solidulum: Petrum, abnegatorem Dei: Mattheum, fenerator-
rem. Hæc ille.

Porro Martinus Lutherus, & Ioannes Calvinus, & quot-
quot sectatores, & discipuli eorum sunt, hunc ipsum Suenck-
feldij & Libertinorum errorem, Romano Pontifici, toti que
Catholicæ Ecclesiæ impudentissimo mendacio adscribere
non verentur. Lutheri verba in lib. de Conciliis & Ecclesia,
propè extremo, sic habent: *Papa, hac ipsa de re, penè totum*
orbem terrarum immani mole commentariorum & librorum
referfit, & in meros laqueos conscientiarum, leges, exactiones,
iura diuina & humana, articulos fidei, nomen peccati, & iu-
stitia conuertit: Et meritis sit denuò tradi ignibus suum de-
cretale, facile enim cavere posset Ecclesia tali libro, qui horri-
bile & irreparabile damnum dedit in magna parte generis
humani, SACRAM SCRIPTURAM in cæno & puluere se-
peliit, & doctrinam Christianam pene integram deleuit. Hæc
Lutherus, quorum similia passim leguntur in libro aduersus
Regem Angliæ, & in libro de falso statu Cleri, & alibi. Calui-
ni verba initio libri seu instructionis aduersus Anabaptistas
hæc sunt: *Nec enim Papiſtarum more dicimus, sacrosanctas*
Scripturas missas fieri oportere, Et auctoritati hominum ac-
quiescamus. hoc enim effugium censemus blasphemiam exe-
crabilem esse. Quapropter vt & illorum errorem & horum
mendacium breuiter refellamus, illud in primis statuendum
erit: Propheticos & Apostolicos libros iuxta mentem Eccle-
siæ Catholicæ, & olim in Concilio III. Carthaginensi cap. 47.
& nuper in Concilio Tridentino sess. 4. explicatam, verum
esse verbum Dei, & certam ac stabilem regulam fidei. Id verò
his argumentis comprobamus.

pro prophetis & apostolij
libris scripturis.

CAPVT II.

Libris, qui Canonici nominantur, Verbum Dei
contineri.

Confirmatio
ex scripturis aptet
p. b. r.

RINCIPIO Moses, Prophetæ, Christus ipse,
Ioannes, Apostoli, vel diuina dogmata, ex Scri-
pturis ipsi confirmabant, vel certè ad Scripturas
legendas alios hortabantur, nec vllum vnquam
ad